



**Antoninus Diana Panormitanus, Clericus Regularis, Doctor
Celeberrimus, Coram S. D. N. Alexandro VII. Episcoporum
Examinator, & Sancti Officij Regni Siciliae Consultor,
Coordinatus, Seu Omnes ...**

Diana, Antonino

Lugduni, M. DC. LXXX.

146. Solent Mercatores in suis libris scribere rationem dati & accepti, & quid ipsis debeatur, quæritur, an possit postea debitore eligere, in quo debito pecunia sibi debita compensetur? Et aliqua ...

[urn:nbn:de:hbz:466:1-76413](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-76413)

haber, negotiari, & lucrum in suam utilitatem convertere? Et an si quis tradat famulo, vel negotiorum gestori mille aureos in auro, ut solvat suo creditori, non curans qua specie id fiat, & ille eos commutat in monetam argenteam cum lucro, eamque solvat creditori; de iure lucro, non teneatur restituere illud lucrum neque creditori, neque domino, sed posse illud sibi retinere? Ex p. 1. tit. 8. Ref. 32.

Quamvis non plene sup. hoc lege- tamē do- ctinam p. cedentis Ref. & signanter pro contento à lin. 4. & vers. Et ita. huius- ceterus.

§. 1. **R**espondeo affirmatiuè cum Beja par. 1. cas. 42. quia huiusmodi lucrum est fructus industriae concurrente pecunia, tanquam instrumento, quod ex se infœcundum est. Et ita vendens triticum alienum eo tempore, quo carius valet; satisfecit emendo, & restituendo tantumdem aequalis bonitatis, eo tempore, quo minus valet, si dominus illud seruiaturus erat ad illud usque tempus, quo minus valet. Et ratio est: quia seruat dominum indemnem, tantumdem aequalis bonitatis restituendo, etiamsi retineat sibi lucrum, quo triticum alienum carius vendidit.

2. Vide Molinam de iust. tom. 2. tr. 2. d. sp. 402. n. 2. Reginaldum 2. l. 2. c. 33. n. 450. Rebellium p. 2. l. 11. q. 10. n. 2. Salam. de cambii dub. 7. Lessium l. 2. c. 21. dub. 2. n. 18. & Azor. p. 3. lib. 10. c. 4. q. 11. qui asserunt quod si quis tradat famulo, vel negotiorum gestori mille aureos in auro, ut solvat suo creditori, non curans, qua specie id fiat, & ille eam commutat in monetam argenteam cum lucro, eamque solvat creditori, retento lucro non tenetur restituere illud lucrum, neque creditori; neque domino, sed posse illud sibi retinere.

RESOL. CXLVI.

Solent Mercatores in suis libris scribere rationem dari, & accepti, & quid ipsi debeatur, queritur, an possit postea debitor eligere, in quo debito pecunia sibi debita compensetur?

Et aliqua alia notantur circa debita, & solutiones pro diuersis causis, & debitis eidem creditori. Ex p. 2. tr. 16. & Misc. 2. Resol. 49. aliàs 51.

Sup. hoc in §. 1. tit. 14. leg. 1. §. 5. & Imola in l. 1. C. de solut. col. final. quos citat, & sequitur Ioan. de Hevia in Labyrintho commerc. lib. 2. c. 7. n. 46. vbi sic ait. [En los libros de los Mercadores en enque se escriue, lo que deuen ha- ver y lo que deuen dar, puede el deudor en esto caso elegir, en qual debito se ha de cõpensar lo que se pago segun vna notable determinacion de Imola referida, y seguida por Gregorio Lopez.] Sic ille. Et ratio desumitur ex autoritate l. 1. 2. 3. §. 4. ff. de solut. quia quando quis est debitor ex pluribus causis eidem creditori; in potestate debitoris est, soluere prius vtri debito maluerit: quia debitor potest legem dicere rei suae, nempe, vt sit pro debito, quod ipsi sibi placuerit: vnde quando quis est debitor ex pluribus causis, si aliquid soluat, id censetur soluere pro debito, quod magis grauat, nisi debitor contrarium exprimat. Et ita docet Lessius lib. 2. c. 23. dub. 10. n. 86. Filliuc. r. 2. tr. 35. p. 2. c. 10. n. 472. Salas tract. de cambii dub. 23. n. 1. §. 3. Malderus in 2. 2. tr. 4. c. 2. dab. 10. Scaccia tr. de commer. §. 2. gl. 5. c. 95. Hevia vbi supra. num. 34. Ex quibus duo vltimi, Scaccia videlicet, & Hevia, obseruant etiã, quod si aliquid debitum debetur Paulo cum fideiussore, & aliquid sine fideiussore: & Ioannes debitor soluat aliquam pecuniarum summam, censetur illam soluere pro debito, cum fideiussore. Idem etiam docet Molina de iust. tom. 2. tr. 2. disp. 565. num. 4. qui etiam n. 4. adnotat, si terminus praefixus solutioni alicuius debitorum iam aduenit, & debita alia sunt in diem futurum, aut sub conditione pendente adhuc in futurum, solutio censetur facta pro dubio, aut

debitis, quorum terminus iam aduenit: non verò pro iis, quorum terminus pendet adhuc in futurum, ex l. ceterum ff. de solut. Idè si debitor creditori aliquid debeat nomine proprio: & aliquid tanquam fideiussor alterius, solutio facta censetur pro eo, quod debet nomine proprio. Quando item vnum debitum est liquidum, aliud nonitem solutio facta censetur pro debitorum, & non pro non liquido. Item si vnum deberetur sub pignore, aut hypotheca, & aliud cum fideiussoribus, potius solutionem esse censendam factam ad liberandum fideiussores, quam ad redimendum proprium pignus, & hypothecam. Haec omnia Molina, Hevia, & Scaccia vbi supr.

RESOL. CXLVII.

Quidam creditor Principis, vel Cinitatis, frangendo gabellam volebat sibi compensare debitum; quaesitum, an hoc, seruatis legibus compensationis, esset licitum? Et quid est dicendum, si Princeps locauerit aliis subditis vectigal, & gabellas alias iustas, an liceat creditori facere compensationem? Et quid, si Princeps illud vendiderit? Ex p. 2. tr. 16. & Misc. 2. Resol. 14. aliàs 16.

§. 1. **R**espondeo, Regim. in praxi, r. 1. l. 10. c. 2. n. 383. & Jacobum de Grassis in dec. aur. part. 1. l. 2. c. 12. n. 39. negantem sustinere sententiam; sic enim ait. Potest gabella fraudari, quando defraudantes essent iniuste damnificati à dominis, quia possent sibi satisfacere. Sed nota, quod istud bene produceret, quando Princeps exigeret nomine proprio omnes gabellas per suos Procuratores; secus vbi locaret aliis subditis gabellas alias iustas, & ipsi certam pensionem in quantum euentum reportarent, vt communiter fit ferè per totam Italiam, tunc enim non possent fraudari. Et ratio est, quia non fit damnum extorisoribus, sed conductoribus gabellarum iustarum, quibus nihil est imputandum, ex quo iustas gabellas exigunt; & compensatio non debet fieri, nisi inter easdem personas, nam res inter alios acta, aliis prauidicari non debet, cap. penult. de re iud. & damnum, & pena suos debet auctores tenere, & non alios, c. quaesitum, de his, quae sunt à maiori parte capituli. Sic Grassius, & alij.

2. At mihi contraria sententia semper placuit, & in praxi semper consului, & illam docet Petr. à Nanari. de vect. lib. 3. c. 1. n. 147. quem citat, & sequitur Lessius de iust. lib. 2. c. 33. dub. 10. num. 7. cum Bonacina de contract. disp. 2. g. punct. 1. n. 12. qui citat Vasquez, & Molinam, & praeter illos tenet etiam hanc sententiam Bartholomaeus à S. Fausto in speculo confess. disp. 34. qu. 37. Turrianus in 2. 2. tom. 2. disp. 46. dub. 3. n. 2. Mol. fel. in summa, tom. 2. tr. 12. c. 22. num. 142. & 143. Vega in sum. p. 1. c. 15. cas. 10. & Malderus in 2. 2. tr. 5. c. 9. dub. 16. vbi ait. Etiam si Princeps locauerit vectigal, nihilominus licere creditori facere compensationem; secus tamen si Princeps illud vendiderit: tunc enim non poterit creditor compensare, nisi fortè, quando creditum antiquius fuerit venditione.

3. Ad argumentum Iacobi de Grassis in principio positum, responderetur, conductores gabellae verè damnum non accipere, nolunt tamen subditorum fraudes, & ideo redimunt gabellam longè minoris, quam valet, vnde & in ipso contractu censetur esse parati talia incommoda subire.

RESOL. CXLVIII.

Quanam conditiones sint necessariae ad iustam compensationem faciendam? Ex p. 2. tr. 16. & Misc. 2. Resol. 46. aliàs 48.

Respondeo